



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho


Venetiis, 1643

Sessio IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

ad tempora Benedicti VII. qui metu diuisionis, aut schismatis, & precibus S. Imperatoris Henrici I. iussit ad maiorem Ecclesiarum conformitatem, vt Romana Ecclesia in Missa omisso Apostolorum Symbolo, caneret Symbolum, quod Ecclesia Hispaniarum & Gallie

canebant, id est, Symbolum Constantinop. cum illa additione, filioque, in quodam Toletano II. vel III. iuxta varias editiones ex doctrina Leonis I. Papa contra Priscilianistas, & errores Grecorum, vt modo dicebamus, facta.



SESSIO IV.

Decretum de Canonicis scripturis.

- 1 Canonica scriptura.
- 2 Opuscula SS. Patrum qua in Ecclesia Catholica recipiuntur.
- 3 Predicatio Episcopi in aliena diacesi prohibita.
- 4 Traditio diuina qua
- 5 Testamentum vetus.
- 6 Machabeorum libri.
- 7 Editio vulgata, & Latina.

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, vt, sublatis erroribus, puritas ipsa Euangelij in Ecclesia conseruetur: quod promissum antè per Prophetas in Scripturis sanctis, Dominus noster Iesus Christus, Dei filius proprio ore primùm promulgauit, deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnis, & salutaris veritatis, & morum disciplinæ a *omni creatura prædicari iussit*: perspicuensque hanc veritatem, & disciplinam contineri *β in libris scriptis*, & sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ ad nos vsque peruenerunt, orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros tam veteris, quam noui Testamenti, cum vtriusque vnus Deus sit auctor, necnon traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus, à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conseruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia suscipit, & veneratur. Sacrorum verò librorum ^a Indicem huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt verò infra scripti, *γ Testamentis veteris*, quinque Moysi, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eisdem primus & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabola, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id est, Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malach. *δ duo Machabeorum*, primus & secundus. Testamenti noui, quatuor Euangelia secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti: quatuordecim Epistolæ Pauli, ad Romanos, duæ ad Corinth. ad Galatas, ad Ephes. ad Philippens. ad Colossens. duæ ad Thessal. duæ ad Timoth. ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apostoli duæ, Ioan. Apostoli tres: Iacobi Apostoli vna: Iudæ Apostoli vna, & Apocalypsis Ioannis Apostoli. *ε Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris, & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens & prudens contempserit, anathema sit.* Omnes itaque intelligant, quo ordine & via ipsa Synodus, post iam factum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimum testimonijs, ac præsidijs in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus, sit vsura.

Marc. vii.

a In c. Apoc. c. 14. Gelas. in con. 11. 70 ep. Conc. Laod. c. 59. Concil. Carthag. 3. c. 40. c. sancta Romana d. 15. & sim. epist. Eug. in Concil. Flor. ad Armenos.

- 1. Vide Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 31. Iodoc. Cocc. tom. 1. sui thesauri Catholici lib. 6. de sacris Scripturis. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 1.
- 2. De opusculis SS. Patrum, qua in Ecclesia Catholica recipiuntur, agunt Gelas. in cap. sancta Romana 15. dist. Couarr. lib. 4. var. cap. 16. per tot. Simanc. de Cathol. instr. c. 59. Can. de locis Theolog. lib. 2. cap. 5. Cardin. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de verbo Dei cap. 4. cum seqq. Jacob. Gretser. in defens. Bellarm. tom. 1. lib. 1. cap. 4. Ego ipse in collect. ad d. cap. sancta Romana. Et de Can. Apostolorum egi ad cap. Canones, 16. dist. & de Canon. sextæ Synodi, & Trulian. ad c. sextam, ead. dist.
- 3. a *Omni creatura prædicari iussit*] Marc. 16. Euntes in mundum vniuersum, prædicate omni creatura, Matth. vii. Euntes ergo docete omnes gentes, &c. Vide Steph. Gratian. discept. forens. cap. 393. num. 11. vbi intelligit, nisi in alienis Diocesibus prohibeantur ab Episcopis locorum, refero Ego ipse de officio & potestate Episcopi p. 3. alleg. 76. num. 3.
- 4. β *In libris scriptis* a &c.] Vide Azor. instit. moral. p. 1.

lib. 8. cap. 4. quest. 1. vbi quest. 2. vocat traditionem diuinam illam, quæ in scripturis non continetur expressè, sed adhibito communi Patrum, vel Ecclesiæ sensu, certa, & necessaria consequitione ex sacris Literis colligitur, & q. 3. quatit quanam sint traditionum genera? *γ Testamenti veteris, &c.*] Vide Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 1. quest. 4. vbi quotnam sint libri sacri & libri Canonici. *δ Duo Machabeorum.*] Vide Arnald. Pontac. in annot. 6. ad Euseb. Cesariensem, col. mibi 446. Azor. d. cap. 1. quest. 5. vers. libri porro, vbi enumerat libros de quibus aliquando scriptores Ecclesiastici dubitarunt. *ε Si quis autem libros, &c.*] Vide Azor. instit. moral. part. 7. 1. lib. 8. cap. 3. q. 2. vbi q. 3. retoluit, quod appellatione vulgata, & Latina editionis non damnantur exemplaria Hebraica, vel Græca, ex quibus tanquam ex fontibus Latina editio fluxit, quæ quidem reuident suam fidem & auctoritatem, vbi incorrupta, & integra fuerint.

Barbof. Collect. in Concil. Trid.



Decretum de editione & vsu sacrorum librorum.

- 1 Scriptura sacra verba non aliter intelligenda, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica semper intellexit.
- 2 Scripturam interpretari licet præter proprium sensum à Patribus acceptum.
- 3 Libri non sunt imprimendi nisi præua licentia, Quid in Portugalia, & in Regnis Castellæ ibid.
- 4 Libri non sunt imprimendi sine nomine Auctoris, vel certi Collegij, Literarum primæus vsus, ibid. Typographiæ iniurium, ibid.
- 5 Regulares de quorum licentia libros suos imprimere possint.
- 6 Librorum probatio in scriptis danda, & cur. In librorum examinatione diligens adhibenda observatio, cur. ibid.
- 7 Prædicatores debent in suis concionibus abstinere à fabulis & falsis revelationibus.
- 8 Scripturarum sacrarum verba ad profanam, & vanam interpretationem conuertere nefas est.
- 9 Episcopus grauius procedere potest contra quoscunque etiam laicos, torquentes sententias & verba S. Scripturae ad scurrilia, & fabulosa.
- 10 Prædicatores in suis Concionibus fabulas, & falsas reuelationes prædicantes debent rigorosè ac seuerè puniri ab Episcopis.

Insuper eadem sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferantur, sacrorum librorum, quam pro authentica habenda sit, innotescat, statuit, & declarat, vt hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot sæculorum vsu, in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus & expositionibus pro authentica habeatur, & vt nemo illam reicere quouis prætextu audeat, vel præsumat.

^a Cap. hæresis, & cap. Adam in fin. 24. q. 3. & infra, sess. 3. c. 27.
^b Hic Synodus in Truce. 27. quæ putat Concl. cap. 27. existit, circa fin. de verb. signific. in 6.

^c Sess. 10. de impressione librorum sub. Leone X.
^d Vide post finem lib.

Præterea, ad ^a coercenda petulantia ingenia, decernit, vt nemo, suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum, ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, ^a contra eum sensum quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam ^b contra vniuersum consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari audeat, etiam si huiusmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contra venerint, per Ordinarios declarentur, & pœnis à iure statutis puniantur.

^c Sed & impressoribus modum in hac parte, vt par est, imponere volens, qui iam sine modo, hoc est, putantes sibi licere quidquid libet, sine licentia superiorum Ecclesiasticorum, ipsos sacra Scripturæ libros, & super illis annotationes, & expositiones quorumlibet indifferenter, sæpè tacito, sæpè etiam ementito prælo, & quod grauius est, ^d sine nomine auctoris imprimunt, alibi etiam impressos libros huiusmodi temerè venales habent, decernit, & statuit, vt posthac sacra Scriptura, potissimum verò hæc ipsa vetus & vulgata editio quam emendatissimè imprimatur, & nulliquè liceat imprimere, vel imprimi facere quousvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primùm examinati, probatiq; fuerint ab Ordinario, sub pœna anathematis & pecuniæ, ^e in Canone Concilij nouissimi Lateranensis apposita. ^f Et si Regulares fuerint vltra examinationem, & probationem huiusmodi licentiam quoque à suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum. ^g Qui autem scripto eos communicant, vel euulgant, nisi antea examinati probatiq; fuerint, eisdem pœnis subiaceant, quibus impressores. Et qui eos habuerint, vel legierint, nisi prodiderint auctores, pro auctoribus habeantur. Ipsa verò huiusmodi librorum ^h probatio in scriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel scripti vel impressi, authenticè appareat: idque totum, hoc est, & probatio, & examen, gratis fiat: ⁱ vt probanda probentur, & reprobentur improbanda. ^k Posthac temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur, & torquentur verba ^l & sententiæ sacrae Scripturae, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones impias & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famulos, mandat, & præcipit, ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum, ne de cetero quisquam quomodolibet verba Scripturæ sacrae ad hæc, & similia audeat vsurpare: vt omnes huius generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij pœnis ^m per Episcopos coerceantur.

Indictio futura Sessiois.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit & decernit, proximam futuram Sessionem tenendam & celebrandam esse Feria quinta, post sacratissimum Festum proximum Pentecost.

^a Contra eum sensum, quem tenuit, &c.] Sacra Scripturæ verba non aliter esse intelligenda, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica semper intellexit, decreuerunt Patres in Conc. Mileuitano, cap. 2. docent Sebast. Medices in sum. commun. hæresum p. 1. q. 2. Martin. de Ayala de traditionibus Eccles. lib. 12. q. 7. Corduba lib. 4. quæst. Theolog. q. 1. proposit. 6. vers. tertium signum verae Fidei, Cened. ad Decretal. collect. 8. num. 5. cum seq. Fulc. de visitat. lib. 1. cap. 17. num. 18. Emman. de Valle de ensalmis, & incantat. opusc. 1. sess. 2. cap. 6. num. 27. & seqq. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 2. q. 2. vers. respondeo. Et Leo X. in Constit. 21. incip. Superne Maiestatis, edita in Conc. generali Lateranen. sess. 2. excommunicationem Summo Pont. referuatam, tulit contra Prædicatores sacram Scripturam interpretantes iuxta sensum contrarium proprio sensui, & interpretationibus Doctorum ab Ecclesia, vel vsu approbatorum.

Vtrum

Vtrum hæc excommunicatio vsu recepta sit, cum vsu receptas non esse omnes ferè alias eiusdem Concilij excommunicationes testentur. Caiet. verb. excommunicatio, in sup. tom. 81. Nauar. in Man. cap. 27. num. 110. & sequenti. Vide Soar. rom. 5. disp. 22. sect. 6. num. 8. Filliuc. in quæst. moral. tract. 15. cap. 7. q. 6. num. 177.

2. Vtrum autem licitum sit interpretari Scripturam præter proprium sensum à Patribus acceptum? Affirmant Bañes p. 1. q. 1. disp. 13. c. 2. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 2. q. 3. Gabr. Vasq. p. 1. disp. 3. cap. 2. Becan. in tract. de Fide c. 3. q. 6.

3. *β Sed & impressoribus, &c.*] Concordat Concil. Lateranen. sub Leone X. sess. 10. de impressione librorum, vbi etiam statutum fuit quòd nulli liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine Auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati probatique fuerint ab Ordinario & sancta Inquisitione, sub pœna anathematis, amissionis librorum, & pecuniæ. Vide Casttr. lib. 1. de potest. Legis pœnalis cap. 8. vers. est etiam quadam lex. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 31. num. 9. Felician. de censur. tit. de excommuni. cap. 24. vers. qui librum pag. 95. Andr. Gambar. de officio, & potest. Legati de Latere lib. 2. num. 430. Steph. VVeyms in constitutiones 24. ex iure antiquo de sumptus, & per Concil. Trid. innovatas, constit. 24. num. 4. cum seqq. Alzed. de excell. Episc. dignit. p. 2. cap. 6. num. 76. Machado en el perfecto Confessor lib. 1. p. 3. tract. 4. docum. 4. num. 1. Valer. Reginald. in praxi fori pontif. lib. 19. cap. 15. sect. 4. num. 256. Cened. ad Decretal. collect. 8. num. 7. Pafec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 2. num. 41. in princ. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico tract. 7. cap. 2. q. 9. in princ. Metipsum de officio, & potestate Episcopi part. 3. alleg. 90. num. 12. Hieron. Roderic. in compendio quæst. Regular. resolut. 89. num. 1. vbi ait, quòd dictum decretum Lateranen. quantum ad licentiam Ordinarij confirmavit Tridentina Synodus in præfenti sub eisdem pœnis pecuniæ, & anathematis, subditque in Portugalia feruari dictum decretum Lateranen. & in Regno Castellæ vsu receptum esse, vt sufficiat licentia supremi Consilij Regij, iuxta legem Regiam, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 17. q. 1. vbi q. 2. idem resoluit de quacumque scriptura.

4. *γ Sine nomine Auctoris*] Propter imminens periculum falsitatis, fraudis, aut doli, quod in similibus libris anonymis plerumque latere solet, cum sub incognita facie quælibet liberius, audaciusque proponantur, vt aduertit Steph. VVeyms d. constit. 24. num. 1. pag. 282. An sufficiat si nomen certi Collegij, conuentus, vel vniuersitatis proponatur? affirmat Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 17. q. 3. Steph. VVeyms d. constit. 24. num. 12.

δ Nullique liceat imprimere, &c.] Magnum sanè beneficium attulit vniuerso Orbi, ac Reip. litterariæ primarius litterarum vsus, & earum colligendarum, seu conscribendarum ratio, quibus mentis nostræ conceptus memoria mandare, aliisque communicare, nouo quasi loquendi genere datum fuit: sed nec minus beneficium præstitit excellentissimum typographicæ artis inuentum, quo facilitata earundem litterarum editio, seu expressio, ea quæ antea non nisi immenso labore, grauissimisque sumptibus in scripturam redigi poterant, hodie compendiosiore methodo, & minoribus expensis ex vnicò authographo exiguo tempore pluries multiplicata redduntur, & cuique in publicum exhibenda communicantur, quòd equidem inuentum, superiori Germaniæ, ac vbi præcipue Moguntina acceptum referunt Naucler. in sua chronographia vol. 2. generat. 49. ad annum 1440. Munsterus in sua cosmographia. lib. 3. Polyd. Virgil. de inuentoribus rerum lib. 2. cap. 7. Henricus Panteleon de variis illustribus Germania part. 2. ad annum 1440. Stephanus VVeyms ad constitutiones 24. ex antiquo iure de sumptus, & per Concil. Trid. innovatas, constit. 24. num. 1. pagina 279.

ε In canone Concilij nouissimi Lateranen. &c.] Cuius dispositionem innovat Concilium Trident. in præfenti, vt dicit Steph. VVeyms ad constitutiones 24. ex iure antiquo de sumptus, & per Concil. Trid. innovatas, constit. 24. pag. 275. & seqq.

5. *ζ Et si Regularis fuerint, &c.*] Vide Fr. Emman. quæst.

Regular. tom. 1. q. 3. art. 5. & tom. 2. quæst. 104. art. 1. in fine. Galet. in Margarita casuum Conscient. verb. legere, Hieron. Roder. in compendio quæst. Regul. resolut. 89. Metipsum de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 90. num. 14. Nouar. in sum. Bullarij tit. de librorum impres. num. 2. alter Nouar. frater in lucerna Religiosor. verb. impressio librorum, à princip. Tamburini. de iure Abbatum tom. 3. disp. 5. q. 11. num. 56.

η Qui autem scripto, &c.] Referunt quidam generaliter ad omnes eos, qui libros, vel scripturas quaslibet ab Ordinatione non examinatas, nec approbatas communicant, vel euulgant, sicut etiam conciones, lectiones, & annotationes de rebus sacris priuatim scriptas, publicare, aut alijs communicare tuta conscientia non posse credant, nisi examinata & probata prius fuerint. Alij autem existimant id magis restringendum & referendum solum ad scripta, seu libros contra prohibitionem impressos, aut impuendos, & quos constringit aliquando vel nondum typis editos, vel antea semel excusos praua, aut fraudulenta intentione de integro transcribis, aut alijs communicari. Sed quicquid sit, referunt Azor. d. cap. 17. q. 4. & Stephan. VVeyms d. constit. 24. num. 13 in fine, illud notorium esse quòd vsus vbique locorum iam passim obtinuerit, vt orationes, prælectiones, & scripta similia, etiam de rebus sacris, sine praua censura, & inscriptione nominis Auctoris alijs passim & liberè communicentur, præsertim quando nulla subest male versationis suspicio. Lectiones, annotationes, disputationes, conciones, & alia similia, necnon tractatus permanentes, tum ad deuotionem, tum ad quietationem conscientiarum, stimulationes Fratrum, & cætera huiusmodi, quæ sibi inuicem communicant Fratres, non posse sine licentia Superiorum euulgari, refert decem Galet. d. verb. legere 3. & resoluit Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. decis. 260. num. 6. part. 4.

θ Probata in scriptis datur.] Vt scilicet promptior, certiorque probatio omni occasione proferri possit; & quo magis illius veritas vnicuique publicè possit innotescere, iubet Concilium, vt semper in fronte libri vel scripti, vel impressi authenticè examinatio, seu censura proponatur, vt aduertit Stephanus VVeyms d. constitutione 24. num. 10. pag. 282.

ι Vt probanda probentur, & reprobanda improbanda.] Ex his verbis colligit Stephanus VVeyms d. constitutione 24. num. 8. pag. 281. in fine, quòd in examinatione librorum diligens ac discreta adhiberi debet obseruatio, vt illa, quæ Fidei Catholice, aut pietati, morumque honestati aliquo modo sunt contraria, exterminentur, & expungantur; eaque admittantur, seu probentur, quæ publico bono, ac Religioni potissimum Christiana, possint esse vtilia, aut officiosa.

κ Post hæc temeritatem, &c.] De prædicatoribus quòd debeant in suis concionibus abstinere à fabulis, & falsis reuelationibus, prius statuerat Concil. Lateranen. sub Leone X. sess. 2. quòd refert Frater Ludouicus Miranda in man. Prælator. tom. 1. quæst. 50. artic. 1. conclusio 1. & 2. Et de Prædicatorum mutere officio, & scientia, vide Gisbert. Scheuich de Ecclesiast. vita, lib. 3. cap. 53. cum sequentibus.


λ Es sententia sacra Scriptura, &c.] Quòd nefas sit, Scripturarum sacrarum verba ad profanam & vanam interpretationem conuertere, docet Azor. instit. moral. parte 1. lib. 8. cap. 2. quæst. 4. & vide ad quid, Emman. do Valle de incantat. & ensalm. opusculo 1. sect. 3. cap. 1. num. 2.

μ Per Episcopos coercentur.] Vide Moura de incantat. & ensalm. sect. 3. cap. 1. num. 5. vers. unde dicendum, Ioseph. Vela de potestate Episcopi. circa puniendâ & inquirenda crimina part. 1. sub num. 79. Episcopum contra quoscumque etiam laicos torquentes sententias, & verba facta Scripturæ ad scurrilia, & fabulosa grauius procedere posse, resoluit Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 21. num. 34. aduertens inde factum esse, & optime, vt in professione Fidei faciendâ à Prælati, Theologis, & alijs, inferatur illa clausula inter alias sponsones de admittenda sacra Scriptura, & quòd eam nunquam quiescam accipiet, & interpretabitur, nisi iuxta vnanimem sensum Patrum in constit. Pij IV. incip. Tuum est nobis.

Quòd Prædicatoribus in suis Concionibus fabulas, & falsas

falsas reuelationes prædicantes debeant rigorosè ac seuerè puniri ab Episcopis diœcesanis, ex Concilio Lateran. d. sess. 11. & ex hoc decreto, colligunt Ludou. Miranda d. quest. 50. artic. 7. conclus. 1. Hornobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 11. cap. 7. quest. 18. resolut. 3. in fine. Aloy.

Ricc. in decis. Curia Archiepif. Neapol. decis. 397. num. 2. parte 4. Ioan. de Solerzano de Indiarum iure tom. 2. lib. 3. cap. 26. num. 64. & 65. Nouar. in Lucerna Religios. verb. Prædicatores num. 1. pag. 202. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 76. num. 48. & 49.



SESSIO. V.

Decretum de peccato originali.

- 1 Peccatum originale.
- 2 Infantes baptizandi.
- 3 Baptizari debent Christianorum paruuli recentes, quantumuis parentes recusarent.
- 4 Iudæorum, & aliorum infidelium infantes ante usum rationis inuitis parentibus licitè baptizari non possunt.
- 5 Infans qua ætate dicatur habere usum rationis.
- 6 Baptismus confert gratiam.
- 7 Peccatum originale, & peccata actualia, quæ commissa sunt ante Baptismum, remittit gratia in Baptismo producta.
- 8 Penalties in hac vita de factò nō tollit Baptismus.
- 9 Concupiscentia manet in baptizatis. Peccatum non est in sensualitate sine consensu voluntatis. ibid.
- 10 Conceptio immaculata B. Virginis.
- 11 Paulus V. quid statuerit circa conceptionem immaculatam B. Virginis.
- 12 Gregorius XV. de eadem re.
- 13 Prædicatoribus Fratribus conceditur licentia in quibuscumque priuatis eorum colloquijs differere de materia Conceptionis B. Virginis.
- 14 Vniuersitates studiorum nonnullæ statuto se adstrinxerunt defendendi opinionem piam immaculate Virginis in suo conceptu.

Hebr. 11.

Ephes. 1. Genes. 3.

Infra 117. & 134.

Celestii. 1. p. 1. 64. Genes. 3. Hebr. 2.

Concil. Arausicanum. 205.

Rom. 5. 1. Cor. 15. Concil. Arausicanum 2. cap. 2.

Rom. 5. d. Cap. placuit, c. regenerante, & c. quæritis. in fin. de consecr. dist. 4.

1. Tim. 2.

1. Cor. 1. Col. 1. cap. multipl. de pœna, dist. 4. g. Act. 4.

Joan. 1. c. nemo. de consecr. dist. 4.

Galat. 3.

Con. Mileuitan. c. 2. Con. Aphr. 77. & c. placuit, de cõf. dist. 4.

Rom. 5. cap. placuit c. quæritis in fi. & c. regenerante, de cõf. dist. 4.

Vides nostra Catholica, sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua sinceritate integra, & illibata permaneat: & ne populus Christianus omni vento doctrinæ circumferatur: cum Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, eiusque remedio non solum noua, sed vetera etiam dissidia excirauerit: sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, sacrarum Scripturarum & sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ iudicium & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit, statetur, ac declarat.

1. ^a Si quis non confiteatur primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statum, sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam præuæricationis huiusmodi iram, & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate, ^b qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli; totumque Adam per illam præuæricationis offensam, secundum corpus, & animam in deterius commutatum fuisse, anathema sit.

2. Si quis Adæ præuæricationem sibi soli, & non eius propagini, aserit nocuisse: & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse: aut inquinatum illum per inobedienciæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ, anathema sit, cum contradicat Apostolo dicenti: Per ^d vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

3. ^e Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus inest vnicique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aserit tolli, quam per meritum vnus mediatoris Domini nostri Iesu Christi ^e, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis ^f iustitia, sanctificatio, & redemptio, aut negat ipsum Christi Iesu meritum per Baptismi Sacramentum in forma Ecclesiæ ritè collatum, tam adultis, quam paruulis applicari, anathema sit: quia non ^g est aliud nomen sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri, Vnde illa ^h vox: Ecce Agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Et illa: ⁱ Quicumque baptizati estis, Christum induistis.

4. ^y Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit ^l in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam, vnde sit consequens, vt in eis forma Baptismatis, in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit, quoniam non aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus: ^m Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica vbique diffusa semper intellexit: propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis rege-